6

DEMONSTRATIO VERITATIS.

IN FACTO, ET IN IVRE

PRO

DOMINO DVCE GVASTALLÆ,

Aduersùs

SERENISSIMVM

DOMINVM MANTVÆ DVCEM,

In Causa

Inter ipsos coràm Sua Cæsarea Majestate vertente.


IN PVNCTO

Dominiorum Luzzariæ, & Reggioli.

VIENNÆ AVSTRIÆ, ET GVASTALLÆ

Typis Heredum Giauatiorum Ducal. Typog. 1699.





Voniam Serenissimus Dominus Mantuæ Dux contrà Dominum Guastallæ Ducem in causa coràm Sua Cęsarea Maiestate inter ipsos vertente vim suę pretensionis, omnemquè suam spem videtur restringere ad Terras Luzzarię, & Reggioli, atq; plura ab ipsius Ministris pro tali sua pretensione legitimanda contrà facti, & juris veritatem exaggerantur, atquè à Serenissimo Domino Parmæ Duce uti cômissario Imperiali ad referendas dictarum Partium pretensiones, & jura à sua Cæsarea Maiestate Deputato relata fuere: vt huiusmodi veritas sub cuiuscunque Prudentis juditio elucescat, facti serie pro veritate exposita, jura utriusque Partis rectè examinata proponuntur, ut sequitur.

Mortuo Serenissimo Domino Mantuę Duce Vincentio Secundo sinè filijs, & descendentibus masculis, quęstio fuit Dominum Guastallę Ducem Ferdinandum Secundum moderni Domini Ducis Guastallę Avum inter, & Dominum Ducem Niversij, & Rathelij Carolum Gonzagam dicti defuncti Ducis Agnatos proximiores, ad quem, scilicet, ipsorum successio in Ducatu Mantuano spectaret? Possessionem autem istius Ducatus controversi, quousquè huiusmodi quęstio pro justitia decisa esset, ad ipsius Dñi Guastallę Ducis prçces, & instantiam Sua Sacra Cęsarea Maiestas ad se avocauit, & hinc ortum fuit in Italia bellum, quod durauit ab anno 1628. usquè ad annum 1630.

 Obijt

Obijt intereà dictus Dominus Guastallç Dux, relictis post se Cçsare, Francisco, Andrea, Carolo, & Vincentio ejus filijs. Cæsar verò uti Primogenitus Successit in Ducatu Guastallç, & in dicto jure ad successionem Ducatus Mantuani, utroque Ducatu ad Primogenitos tantùm inter vocatos pertinente.

Ad sedandos dicti belli motus dicto anno 1630. Ratisbonæ Pax sancita fuit, in qua ad dictam quæstionem inter dictas Partes perpetuò tollendam decreta fuit transactio tenoris sequentis. *Duci autem Guastallç, ut omnibus præten. sionibus suis ad Ducatũ Mantuanum in fauorem Ducis Caroli, eiusq lineç Masculinç renuntiet, Majestas Sua Cçsarea attribuit annuos redditus scutorum sex millium, unumquẽque cõputando, & reducendo ad justum valorem duorum Florenorum Rhenensium, quorum singuli Valent sexaginta Cruciferos, siuè carantanos, pro quorum solutione illi assignabitur cum omni Superioritate, & jurisdictione, uti Prçdecessores Mantuæ Duces possidebant, una, aut plures ex Terris sequentibus, nimirum, Dosolo, Luzzara, Suzara, & Reggiolo usque dum redditus illarum supradictam summam conficiant, ità, ut si una Terra non sufficiat, successiuè duç, tres, vel omnes quatur illis adsignentur. Ad remouendam verò, & superandam omnem difficultatem, utraque Pars confidantem aliquem nominabit, & Maiestas Sua Cçsarea deputabit Commissarium suum Imperialem Ducem Parmensem, vel per Ministrum aliquem prudentem, & discretum neutri suspectum, sed quoad fieri queat, utrique gratum Terras illas juxtà morem Patriæ computatis in supradictam summam Fructibus, & redditibus ordinarijs, & stabilibus, tàm feudalibus, quàm allodialibus, & cuiuscunque generis, & habita ratione pretij differentis quoad redditus feudales, & allodiales, & cuiuscunque generis æstimari, & dictum Ducem Guastallæ vnius*

Vel

vel plurium supradictarum Terrarum possessionem introduci faciat. Quantum verò ad supradicta bona allodialia, talia esse debebunt, ut supradictis saltem Terris inclusa, neque creditoribus obnoxia, neq; ad heredem allodialium pertinentia, neque ulli altori oneri supposita, sed omninò franca, & libera esse debeant, casu verò, quod in una, alteraue Terra Duci Guastallæ assignãda redditus supradictę Summæ quãtitatem in aliquo excesserint, illud residuum unàcum superioritate proportionabiliter ad Ducem Carolum pertinebit. Pro executione istius transactionis Serenissimus Dominus tunc Parmæ Dux, ut Comissarius Imperialis propterea deputatus per suum subdelegatum partibus auditis, & cum plenà maturaquè causæ cognitione assignauit Domino Guastallę Duci, ex quatuor Terris in dicta Pace nominatis, binas, nimirùm, Luzzaram, & Reggiolum cum sua jurisdictione, & superioritate, uti quę repertę fuere annui redditus Scutorum sex mille aureorum juxtà pręscripta in dicta Pace, & obligauit ipsum Dominum Ducem Carolum, suosq; successores ad evictionem fauore Domini Ducis Guastallæ, suorumq; successorum, declarauitq; eundem Dominum Guastallę Ducem in earũ possessionem immittendum esse, facta ab ipso priùs dicta renuntiatione decreta in dicta Pace, quam ipse statim fecit tenoris, ut sequitur. *Vt mea ex parte quartum Capitulum Pacis Ratisbonensis plenè exequatur, & voluntati Sacrę Cesarę Majestatis Domini Nostri Clementissimi debita submissione obediam, ego omnibus pretensionibus meis, meorumquè heredum, & descendentium ad Ducatum Mantuanum in fauorem Domini Ducis Caroli, eiusque lineę masculinę renuntio, vt in eodem Capitulo expressum est, cum juramento, omni meliori modo, nihilquè contra predictam renuntiationem tentare, aut facere, sed illam ratam, & firmam semper habere, reservans tamen mihi meisque*

ijsque hæredibus, & descendentibus in defectum præfatæ lineæ masculinę (quod DEVS avertat) immediatam successionem ad dictum Ducatum Mantuanum, eidem Majestati ità promittens. Quo facto in tractatu pro dictę Pacis executione instituto in loco Cheraschi in Italia cũ prędicti Domini Ducis Caroli Plenipotentiarijs concordatum fuit, quòd ipse Dominus Dux Carolus deberet immitti in possessionem Ducatus Mantuani, exceptis dictis Terris, & quod de eodem fine ipsis à Sua Cęsarea Majestate investiri deberet, & ità exequutum fuit.

Dominus autem Guastallæ Dux fuit itidem in dictarum Terrarum, earundemquè jurisdictionis, superioritatis possessionem immissus, & indè istę Terrę ad ipsius preces, & instantiam fuere à Sua Cæsarea Majestate Ducatui Guastallensi aggregatę, & incorporatę primogeniturę, cui idem Ducatus subjacet, & de ijsdem unà simul cum ipso Ducatu ipse Dux investitus fuit per Cæsareum decretum, vt sequitur. *Sacra Cęsarea Majestas Dominus noster Clementissimus ad humillimam instantiam Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Domini Cęsaris Gonzagæ Ducis Guastallæ, re in Cõsilio suo Imperiali Aulico maturè considerata eidem inuestituram super Ducatu Guastallę jure Primogenituræ ad eundem deuolutum simul, & Terrarum Luzzarię, & Reggioli clementèr concessit, prout pręsentis sui decreti vi concedit, aggregando ad dictum Ducatum Guastallæ, eiusque naturæ primogeniali incorporando jam memoratas Terras Luzzariæ, & Reggioli. Decretum in Consilio suo Imperiali Aulico die tertia mensis Februarij Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.*

Primogenituræ, cui Guastallæ Ducatus subjacet à pręfato Domino Duce Ferdinando Secundo instituta fuit cum Cæsarea approbatione favore omnium filiorum suorũ, & descen-

descendentium Masculorum, ijsquè omnibus deficientibus fauore suarum descendentium fœminarum, ut ipsæ Cęsareæ inuestiturę docent.

Defuncto igitùr prædicto Domino Guastallæ Duce Cæsarę relictis post se Ferdinando, & Vespesiano suis filijs legitimis, & naturalibus: Ferdinandus, uti Primogenitus, fuit de dicto Ducatu vnà cum dictis Terris inuestitus anno 1638. 8. Ianuarij, & ipso instante in hac jnuestitura à Sua Cæsarea Majestate, confirmata fuit dicta decreta prędictarum Terrarum aggregatio dicto Ducatui, & earundem incorporatio dictę Primogenituræ.

A dicto tempore usquè ad Pacem Vestphalicam Duces Guastallæ, dicti, scilicet, Dux Cęsar, & eo defuncto dictus Dominus Dux Ferdinandus Tertius ipsius filius continuò fuerunt in quieta, & pacifica dictarum Terrarum, earundemquè jurisdictionis, & superioritatis possessione. Verum occasione istius Pacis Sancitæ tempore, quo imperabat Divus Imperator Ferdinandus Tertius tunc uxoratus cum quondam Augustissima Imperatrice Eleonora Felic: recordationis Sorore Serenissimi tunc Mantuę Ducis, iste Serenissimus Dux in pręiuditium dicti Domini Ducis Guastallæ quiescentis sub fide dictæ transactionis in dicta Pace Ratisbonensi sancitæ, & de communi Partium Consensu executæ ut suprà, ipso Domino Guastallæ Duce inaudito, & inscio, nullaq; intercedente causa, & occasione, subripuit decretum istius tenoris. *Similiter declarabit Imperator in investitura Ducatus Mantuæ comprehendi castra Reggioli & Luzzarię cum suis Territorijs & dependentijs, quorum possessionem Dux Guastallæ Duci Mantuæ restituere teneatur, reseruatis tamen eidem juribus pro sex millibus Scutorum aureorum quos prætendit, de quibus agere, & judicio experiri coràm Sa-*

cra

tra Cæsarea Mejestate Valeat adversus Ducem Mantuæ.

Hinc factum est, quòd ipse Dominus Guastallę Dux Ferdinandus Tertius adversùs hujusmodi nouitatem, & manifestam iniustitiam coràm Sua Cæsarea Majestate statìm conquæstus fuerit, adeò, ut in dictarum Terrarum, de quibus ut suprà inuestitus erat, possessione remanserit, & in eàdem semper continuauerit, quamvis Serenissimus Mantuæ Dux etiàm posteà subripuerit à Sua Cæsarea Majestate investituram ipsarum Terrarum unà cum Mantuano Ducatu.

Carebat dictus Dominus Guastallę Dux Ferdinandus Tertius masculina prole, duasquè tantùm habebat filias, Dominam, scilicet, Principissam Annam Isabellam nunc uxorem Serenissimi Mantuæ Ducis, & Dominam Principissam Mariam Victoriam vxorem moderni Domini Guastallæ Ducis Vincentij, & occasione matrimonij dictę Dominæ Principissæ suę filiæ Primogenitę (alioquin dotatæ cum dote ducentum mille Scutorum,) cum ipso Serenissimo Mantuę Duce, promisit cedere, & relaxare, causa, & contemplatione illius matrimonij, & non alia de causa, ipsi Serenissimo dictas Terras, cum hac tamen expressa conditione, quod huiusmodi cessio non aliter effectum sortitura esset, quàm sequuto matrimonio, & post ipsius mortem per conuentionem tenoris sequentis. *Essendo piacciuto al Clementissimo Iddio, che si promoua trattato di matrimonio trà il Serenissimo Sig. Duca di Mantoua, e la Signora Principessa Anna Isabella di Guastalla, il medemo Signor Duca di Mantoua sotto l'autorità della Serenissima Signora Archiduchessa sua Madre, e curatrice per una parte, & il Signor Duca di Guastalla Padre della detta Signora Principessa dall' altra, perche concordemente mirano nel maneggio di quest' affare à stringere col felice legame del*

del matrimonio il modo d' una sincera indissolubile unione d' affetto, & interessi frà l' una, e l' altra casa, & hanno in ogni evento per oggetto principale il bene, e vantaggio, loro vicendeuole: in abbondante espressione di quest' ottima, e concorde loro intentione di commune Consenso dichiarano in ogni miglior modo, e protestano, che per ogni, e qualunque cosa sia da essi, ò da loro Ministri, ò mediatori nel corso della presente negoziazione promossa, disposta, concertata, e concordata sì in voce, come in scritto tanto nell' estensione de Capitoli matrimoniali quanto fuori di quelli, non possa essere recato, & inserito alcun benche minimo danno, ò pregiudizio à Veruna delle Parti, e particolarmente alle precedenti discrepanze, e diuerse pretensioni, e ragioni frà le due Case, caso che il predetto matrimonio non restasse intieramente perfetionato, & effetuato, Consentendo, e volendo, che quando ciò avvenisse, rimanga il tutto nè termini, e nello stato stesso, in cui si ritrouano immediatamente inanzi, che fosse introdotta la presente negoziazione, ecome se nulla si fossi mai fatto, e trattato. Ciò stante promette il Sig. Duca di Guastalla conchiuso che sia il predetto matrimonio, di cedere, e rilasciare irreuocabilmente à Sua Altezza Serenissima di Mantoua per se, e suoi successori le due Terre di Luzzara, e Reggiolo con tutte, e singole le loro pertinenze, renonziando ad ogni, e qualunque ragione, che per qualsiuoglia causa puotesse pretendere sopra di esse, e ciò mediante il Clementissimo assenso di Sua Maestà Cesarea per quanto faccia di bisogno, con la derogatione di quanto puotesse in qualunque tempo esser in contrario.

Il che seguito, e perfezionato, che sia come sopra il detto matrimonio, li sudditi, tanto di Reggiolo, come di Luzzara hauerāno immediatamente da giurare la fedeltà al Serenissimo di Mantoua, e riconoscerlo per loro Signore, salua però sempre l' intiera obedienza da prestarsi inuiolabilmente al Sig. Duca di Guastalla

ſua vita durante da medemi ſudditi in riguardo del godimento, & eſercizio di Giuriſditione, che reſta al medemo Signor Duca di Guaſtalla, come qui à baſſo.

Il medemo Signor Duca Sereniſſimo di Mantoua all' incontro per corriſpondere alle affetuoſe, e corteſi maniere del Singor Duca di Guaſtalla, & in dimonſtrazione dell' affetto, ſtima, e corriſpondenza, che hà con eſſo lui, dichiara di accettare la ſodetta ceſſione, e rinonzia come ſopra, e che quelle ſalve, poſſa il Sig Duca di Guaſtalla ritener il godimento, & eſſercizio di giuriſditione delle dette due Terre, e ſue pertinenze nella forma ſteßa, che di preſente tiene con di più della metà de redditi d' ogni ſorte di quelli ſua vita durante col ſolo obligo di dar l'altra metà annualmente all' Altezza ſua, nella quale ò ſuoi ſucceſſori doppo la vita d'eſſo Signor Duca di Guaſtalla (che piaccia à Dio di conſeruar molto tempo) s' intenderà, e ſarà il tutto conſolidato.

In oltre la medema Altezza in ſegno del grand' affetto, e ſtima, che hà pur anche per la Signora Principeſſa Anna Iſabella, & atteſe le coſe ſodette, dichiara, che reſti conſtituita in conto di dote dell' iſteſſa Signora Principeſſa la ſomma di cento mille Scudi d' Oro, quale promette ſotto obligo, & hypotheca ſpetiale de ſuoi beni preſenti, e futuri, di reſtituire alla medema, ò à chi ſarà di ragione, quando (che Dio non voglia) ne Veniſſe il caſo, le quali coſe tutte coſi il Sereniſſimo Signor Duca di Guaſtalla, e la Signora Principeſſa Anna Iſabella reſpetiuamente accettano, e promettono d'oſſeruare inuiolabilmente. Data in Goito queſto di 11. Agoſto 1670. & hęc conuentio confirmata fuit à Sua Cæſarea Majeſtate quò ad quantum de jure, vel ex gratia approbare potuit, prout conſtat ex litteris inueſtituræ Cęſareæ poſthac dicto Domino Duci Guaſtallę cedenti anno 1671. conceſſę ibi, *atquè auctoritatis noſtræ Cæſareę munimine corroboramus, quantum nos in ſupra dictis de jure, vel ex gratia*

confir-

confirmare, & concedere possumus. Intuitu autem dictę conventionis Serenissimus Mantuę Dux (ut ipse asserit) sequuto dicto matrimonio exegit de ipsius Domini Ducis Guastallæ consensu à subditis dictarum Terrarum, fidelitatis juramentum, & gauisus fuit medietate reddituum annuorum ipsarum Terrarum, in reliquis Dominus Guastallę Dux continuauit in sua, qua fruebatur, possessione jurisdictionis, & Dominij ipsarum Terrarum, & in ipsos subditos, quousquè vixit juxtà conuenta ut suprà.

His stantibus, decessit iste Dominus Guastallæ Dux anno 1678. absquè filijs, & descendentibus masculis, superstitibus prędictis Domino Don Vespasiano ejus fratre, & moderno Domino Guastallę Duce eius fratre Patruele ex ante memorato Andrea dicti Guastallę Ducis Ferdinandi Secundi filio tertiogenito: Cùm autem ob dicti Domini Don Vespasiani, qui Madriti in Hispanijs tunc commorabatur, absentiam Serenissimus Dominus Mantuæ Dux in dictarum Terrarum, nec non etiam Ducatus Guastallensis possessionem de facto, & propria auctoritate se intruserit, Dominus Don Vespasianus, ad quem ista possessio spectabat, statim ac huiusmodi intrusionem, & spolium intellexerjt, recursum habuit ad Suá Cęsaream Majestatem pro sua in eandem possessionem, da qua manifestè à dicto Serenissimo spoliatus erat, reintegratione.

Obijt pendente hoc recursu, Dominus Don Vespasianus sine filijs, & descendentibus masculis, & cum ipsi vigore Cæsarearum investiturarum successerit in dicto Ducatu, & dictis Dominijs Luzzarię, & Reggioli modernus Dominus Dux Vincentius, idem prosequutus fuit coram Sua Cęsarea Majestate dictam instantiam pro ipsius reintegratione in dictam possessionem, in qua ipse succesit, quá

Anno

Anno 1692. 4. Maij tandem obtinuit, & in ipsa continuat;

Iudicium tamen in petitorio coràm Sua Cęsarea Majestate pendet, prætenditque Serenissimus Dominus Mantuę Dux dictas Terras ad se, & non ad modernum Dominum Ducem Guastallæ Vincentium spectare, & allegat eas esse membra Ducatus Mantuæ, & perstitisse apud Duces Mantuæ usquè ad Pacem Ratisbonensem, qua fuere assignatæ Domino Guastallæ Duci Cæsari; prætereà ipsas prętendit vigore investiturę, quam de eis habet, quoties demonstraverit Pacem Ratisbonensem non officere.

Allegat secundò dictas Terras sibi deberi juxtà prędictum Pacis Monasteriensis Capitulum.

Et tertiò dicit eas sibi deberi ex supradicta conuentione cum consensu Cæsareo seqvuta intèr Dominum Guastallæ Ducem Ferdinandum Tertium, & Dominum Ducem Mãtuæ cum pacto, quod Dominus Dux Mantuæ duceret, prout duxit, in Vxorem Serenissimam Dominam Annam Isabellam Filiam primogenitam dicti Domini Ducis Ferdinandi, & vicissim dictus Dominus Dux Ferdinandus irrevocabilitèr traderet Domino Duci Mantuę pro se, & successoribus suis dictas Terras; nec posse pręsentaneum Dominum Guastallę Ducem Vincentium dictam conuentionẽ impugnare, utpotè, quæ fuit mera executio eius, quod fuerat declaratum in Pace Monasteriensi, & demandatum à Divo Imperatore Ferdinando Tertio per litteras suas Cæsareas, prįcipuè, quia dicta conventio fuit approbata à Sua Cæsarea Maiestate imperante.

Econtrà Dominus Guastallæ Dux negat dictas Terras esse membra Ducatus Mantuę uti ab eo avulsas, & excorporatas per dictam Pacem Ratisbonensem, & dicit eas sibi deberi ex eiusdem Pacis dispositione, & uti aggregatas Du-

catui

catui Guastallę, ac incorporatas Primogeniturę, cui ipse Ducatus subjacet, ut suprà relatum est; nequè ipsi posse dictum Vestphalicæ Pacis decretum pręiudicare, saltem vbi istud fortassis videatur exequendum, ne Dominus Mantuę Dux teneatur ipsi dare aliam; vel alias Terras redditus sex mille Scutorum aureorum annorum cum sua superioritate juxtà mentem dictæ Pacis Ratisbonensis, priusquàm ipse teneatur illi restituere dictas Terras, idque ex mente, & expressa ipsius Pacis Vestphalicæ dispositione vigore illius clausulę *reseruatis tamen eidem juribus pro sex mille Scutis, quos pręstendit, de quibus agere, & inditio experiri coràm Majestate Sua Cęsarea valeat aduersùs Ducem Mantuę*; Cęterùm quò ad dictam conuentionem dicit nullam de ea in sui pręjudicium posse haberi rationem.

Hinc examinandum venit. Primò, *an dicta Pax Ratisbonensis modernum Dominum Guastallę Ducem Vincentium includat?*

Secundò, *an eidem annexio dictarum Terrarum Ducatui Guastallensi; earumquè incorporatio ipsius Primogeniturę facta vt suprà, suffragetur?*

Tertiò, *an quatenùs in dicta Pace, & primogenitura includatur, eidem prędicta Pax Vesphalica officiat?*

Quartò, & vltimò ubi officiat, *an Serenissimus Mantuæ Dux aliam, vel alias Terras Ducatus Mantuæ cum sua superioritate prędictis Terris in redditu annuo æquiualentes, & Ducatui Guastallensi vicinas dare teneatur, & priusquàm Dominus Dux Guastallę ad dictarum Terrarum restitutionem faciendam cogi possit?*

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

An Pax Ratisbonensis modernum Dominum Ducem Guastallę Vincentium includat?

AVtumatur ex parte Serenisſimi Mantuę Ducis modernum Dominum Ducem Guaſtallę Vincentium in dicta Ratisbonenſis Pacificatione non eſſe compræhenſum per rationem ſic expreſſam, nimirùm, eò quia juxtà conventa in dicta Pace prefatæ Terræ in tantùm aſſignatæ fuerint Domino Duci Cæſari in quantùm ipſe renuntiavit omnibus prætenſionibus ſuis, & ſuorum hæredum & deſcendentium ad Ducatum Mantuæ in favorem Domini Ducis Caroli ejuſque lineę maſculinę, Vndè cum Dominus Dux Vincentius non ſit inter appellatos in dicta renunntiatione, quippè quia non eſt deſcendens, nec hæres dicti Ducis Cæſaris, ideò nec compræhenditur in Conventione prędictæ Pacis Ratisbonenſis, propterea nullum Ius habet ad dictas Terras, & conſequentèr neq; ad dictos ſex mille Scutos reſeruatos in Pace Monaſterienſi, quia dicta reſervatio relativa eſt ad Pacem Ratisbonenſem: nec juvari poteſt aggregatione dictarum Terrarũ Primogenituræ Guaſtallę, quia dicta aggregatio, & in veſtitura recipit interpræ̈tationem reſtrictam intrà terminos asſignationis conventæ in prędicta Pace Ratisbonenſi, concluditur propterea Dominum Ducem Vincentium non eſse in hoc caſu legitimum contradictorem, ſed Dominum Ducem Mantuæ habere fundatam intentionem in dicta Pace Ratisbonenſi, & Monaſterienſi, quæ aſſerunt eum verum Ducem Mãtuæ, & ſic inueſtitum de dictis Terris, & legitimè continuantem in earum poſſeſſione, in qua exiſtebant majores ſui, accedentibus etiam ad hoc confirmandum inveſtituris

habitis

habitis de dicto Ducatu Mantuæ, & Terris controversis.

Verùm hujusmodi Partis adversæ argumentatio juris & facti veritati manifestè adversatur, & mera phantasia, ac sophisma est; Enim verò veritas est quæstionem super Ducatu Mantuano, dicta transactione sublatam, fuisse, *an ob Vincentij Mantuę Ducis mortem absque filijs, & descendentibus masculis euenisset casus succedendi in ipso Ducatu ex lege Cęsarearum investiturarum, & Constitutionum, Recessuumq; Imperij fauore lineæ Gonzaghianę Guastallensis, vel Niuersiensis?* atque hanc quęstionem agitatam fuisse à dicto Duce Guastallę, & à dicto Duce Carolo, uti ipsarum linearum respectiuè Primogenitis, quibus dumtaxat hoc erat, Ducatu Mantuano Primogeniali existente. Vndè etiam veritas est, fuisse super vtriusquè lineę jure in dicta Pace transactum, adeò ut dictę quęstioni finis impositus esset, & sit nedùm vt tunc, sed etiam imposterum perpetuis temporibus, ne quies, & tranquilitas Italiæ, nec per ipsum Ducem Cæsarem, nec per suos in hujusmodi jure successores hac de causa unquàm turbari possit. Ita enim dictæ Pacis ratio dictat, & ità explicant jura, quæ ut vulgatum est, declarant, finem transactionum esse controuersijs pręsentibus, & futuris finem imponere, & ideò ridiculum est, in dubium reuocare, an in dicta Pace, & transactione comprehensi sint dicti Guastallę Ducis successores, quibus alioquin jus esset, quemadmodum ipsi Duci fuit, dictam quęstionem denuò suscitandi, & prosequendi cum sequestro possessionis dicti Ducatus pęnes Cæsarem, quousquè quæstio decidatur, prout erat ante dictam Pacem, viuente etiã pręfato Duce Guastallę Ferdinando II. moderni Dñi Guastallæ Ducis Avo, & dictę quęstionis primo motore, etenim si dicta Pax Agnatis successoribus, non valeret fauere,

ità

ità nec ipsis nocere posset, quo minùs res in pristinum reduceretur: sicque cum id esset cum periculo turbandæ Pacis Italię, & sic contrà mentem, & rationem dictę Pacificationis, concludendum est veritatem esse modernum Dominum Guastallę Ducem in dicta Pacificatione co mpręhensum esse.

Hęc veritas manifesta insuper est ex ipsius Pacificationis tenore, & executione. Ex tenore quia in ipso legimus Pasciscentes per dictam transactionem voluisse consulere, non solùm dicto Duci Carolo, sed etiam suæ lineæ masculinę, cui non esset consultum, nisi moderno Domino Guastallæ Duce compræhenso ut supra: & quia legimus attributum fuisse redditum Scutorum sex mille aureorum annuorum dicto Domino Guastallæ Duci, ipso sub nomine dignitatis dumtaxat nominato, ad indicandum, quod non solùm ipsi Duci Cæsari, sed etiam suis Agnatis in Ducatu Guastallę successoribus attribuebatur, ut sicuti isti incomodum decretæ transactionis, quoad Ducatum Mantuanum sentire debebant, deberent, & debeant etiàm sentire commodum istius redditus propterea attributi; & erroneum est, quod in hoc proposito ex parte Serenissimi Mantuæ Ducis opponitur, nempè istam denominationem sub nomine dignitatis stare demonstratiuè, nec facere ad casum, siquidem jura succedendi in Ducatu Mantuano nõ sumebantur ab eo, quod esset Dux Guastallæ, sed ab eo, quod esset de linea Vocatorum ad Ducatum Mantuæ, & sic quod sit res diversa nihil habens commune cum dignitate. Nàm non negatur, quod jura succedendi in Ducatu Mantuano desumebantur ab eo, quod dictus Dux Cæsar esset de linea Vocatorum ad ipsum Ducatum, non autem ab eo, quod Guastallæ Dux esset, sed etiã inficiari nequit,

quod

quod etiam ab eo desumebantur, quod erat primogenitus de hac linea Guastallensi, & quod uti talis, exclusis suis fratribus, erat Dux Guastallæ, Guastallę Ducatu ad Primogenitos pertinente; & prosequutus fuit dictam actionem vt supra primò institutam à pręfato Duce Ferdinando II. ipsius Patre, & moderni Dñi Ducis Avo; Quemadmodùm inficiari nequit oēs dicti Ducis Cęsaris in Ducatu Guastallę successores de hac linea debere esse ejusdem lineæ primogenitos, adoò vt nominando Ducem Guastallæ per antonomasiam primogenitus lineę Guastallensis intelligatur. Hìnc ideò Paciscentes ad euitandam verborum superfluitatem ipsum Ducem Cęsarem, & primogenitos de hac linea successores suos collectiuè sub dicto dignitatis nomine prudentèr demonstrarunt ad exclusionem cęterorum dicti Ducis Cæsaris Fratrum, & eorum de hac linea, qui qui non essent Duces Guastallę, id est primogeniti. Ità autem dicta denominatio demonstratiuè stat, & ità concordat dignitas Ducis Guastallæ cum dictis juribus succedendi ad Ducatum Mantuanum.

Ex executione autem, tùm quia in sententia Domini tunc Parmę Ducis, Commissarij Imperialis in dicta Pace nominati, fuerunt dictæ Terrę dicto Guastallæ Duci, & suis successoribus adjudicatę, obligato dicto Domino Duce Carolo, & suis successoribus de euictione fauore dicti Ducis Guastallæ, & suorum successorum, & hęc sententia in tractatu pro dictę Pacis executione in loco Cherascht in Italia instituto confirmata fuit; tùm etiam quia vt suprà retulimus, dictę Terræ ad instantiam ipsius Guastallę Ducis à Cæsare fuerunt Ducatui Guastallę aggregatæ, atquè incorporatæ primogenituræ, cui idem Ducatus subjectus est, quæ aggregatio, & incorporatio fuit itidem ad in-

ſtantiam Ferdinandi Tertij Guaſtallę Ducis, filij primogeniti dicti Ducis Cæſaris, à Cæſare confirmata, eodem Duce Ferdinando de ijſdem Terris vnàcum Guaſtallæ Ducatu inueſtito; Ad Guaſtallenſem enim Ducatum, & ad ipſius primogenituram jam diximus omnes primogenitos huius lineæ Gonzaghianæ Guaſtallenſis vocatos eſſe.

His poſitis, Non releuant, quæ, vt ſuprà adduximus, ex parte Sereniſſimi Mantuę Ducis incontrarium autumantur, nedùm quia de tranſactione non inter Partes conventa, ſed decreta in dicta Pace publica agitur, ut ipſius interprętatio non à tenore renunciationis à dicto Guaſtallæ Duce factæ, & à ſtricta, propriàquè verborum ipſius renuntiationis ſignificatione ſumenda ſit, ſed ab ipſius Pacis mente, & ratione, ſecundùm quam juxtà notoriam juris diſpoſitionem ipſamet renunciatio intelligenda, & regulanda eſt, eiuſdemq; verba vel improprianda ſunt, vt Pacis intentioni inſeruiant, intelligendo dicta verba *meiſque hæredibus*, quæ vt ſuprà in ea leguntur, de Agnatis dicti Ducis renuntiantis ſucceſſoribus, quibus idem jus prætendendi Ducatum Mantuanum eſſet; vel ſecùs omnia dicta verba, *meorumque hæredum, & deſcendentium*, à quibus Pars adversa dictum objectum argumentum perperàm inducit, haberi debent prò ſuperfluis, vti non pręſcipta in dicta Pace, & ſcripta contrà ipſius Pacis mentem, & rationem, contrà quam nequè dicti Ducis renunciantis erat legem dicere reſtringendo dictam tranſactionem ad ſe, ſuoſq; hæredes, & deſcendentes tantùm, nequè id ipſe voluit, ſiquidèm in eàdem renunciatione expresſit ſe renuntiare juxtà expreſſa in ſupraſcripto Pacis Ratisbonenſis Capitulo, omni meliori modo; ſed etiam, quia mentem, & intentionem dicti Ducis, qui ea protulit, huiuſmodi aduerſarjæ interprę-

terpraetationi objectę manifestè contrariam vlterius esse, ipsumquè intellexisse de Agnatis suis successoribus vt supra, colligimus ex dicto actu aggregationis, & incorporationis dictarum Terrarum Guastallensi Ducatui, & eius Primogeniturę ad suam instantiam factę vt suprà, quò ità explicauit, & ex quo vidimus ipsum etiā methodo eorundem verborum vsum fuisse in jure sibi, suisquè in ipsa renūciatione reseruato imediatę successionis ad Ducatū Mātuanum in defectum lineae masculinae dicti Mantuę Ducis Caroli, ibi *reseruans tamen mihi, meisq; haeredibus, & descendentibus in defectum prefatae lineae masculinae (quod Deus avertat) immediatā successionem ad dictū Ducatū Mantuanum*, Quid enim Ducatus Mantuanus, qui erat, & est faeudum masculinum Agnatitiū antiquum familię Gonzagae omninò non hęreditarium habebat commune cum dicti Ducis renuntiantis hęredibus nullum jus, ac interesse, qua tales, ad dictum jus succedendi ad ipsum Ducatum vt suprà respectiuè renuntiatum, & reseruatum habentibus, vt ad istos dicta verba angustianda, & restringenda sint contrà rationem, & mentem dictę Pacis, contrà intentionem ipsius Ducis, quiea protulit, contrà ipsius rei renuntiatae, & reseruatę naturam, & contrà dictamina juris disponentis verba secundùm naturā actus, & proferentis intentionem esse quoque sumenda, atquè omni modò interpretāda? me hercule istud aduersarium objectum manifestè erroneum esse, & contrà facti, & juris veritatem peccare quis potest negare? & quis negare potest etiā talia esse, quę insupèr ex aduerso adducta sunt contrà praedictam dictarū Terrarum aggregationem, & incorporationem Ducatui Guastallae, ejusquè primogeniali naturę à praefato Duce Guastallę procuratam, & à Sua Caesarea Majestate decretam, & istam fuisse, & esse actum justitiae juxtà

juxtà dictę Pacis mentem, & pro ipsius executione? Quarè pro veritate concludendum est, modernum Guastallę Ducem Vincentium in dicta Pace Ratisbonensi manifestè cōpręhensum esse, & propterea legitimum esse contradictorem.

ARTICVLVS SECVNDVS.

An annexio dictarum Terrarum Ducatui Guastallæ, & earum incorporatio illius primogeniturę facta moderno Domino Guastallę Duci suffragetur?

ASt, dato etiàm, sed non concesso, quòd modernus Dominus Dux Vincentius in ista Pace non esset cōpręhensus, & quod dictus Dominus Dux Cæsar in ipsa Pace non agitauerit jura Agnatorum suorum successorum, sed dumtaxàt jura sua propria personalia, suorumq; hæredum, & successorum, quemadmodùm ex parte dicti Serenissimi Mantuę Ducis somniatur: adhuc in hoc casu Dominus Dux Vincentius legitimus contradictor esset, dictis Terris etiam in hoc casu ad ipsum spectantibus vigore dictę earum annexionis, & incorporationis factę Ducatui Guastallæ, & ejus primogenituræ, ad quem, & ad quam ipse vocatus est, & successit.

Certum enim est, per transactionem justa ratione factam, accedente præsertim Domini Directj consensu, posse partem feudi etiam antiqui, & ex pacto, & prouidentia auelli, & in alium transferri, huncquè posse de ea ad libitum disponere cum dicti Domini beneplacito: ideòq; certum esset Dominium dictarum Terrarum, vti dicto Domino Duci Cęsari datarum insolutum pro dicto redditu ei attributo vigore, & pro executione dictæ Pacis, in eundem Dominum Ducem Cæsarem translatum fuisse, & ipsum

petuisse

potuisse eas, Cęsarea auctoritate accedente, Ducatui Guastallę, & eius primogenituræ fauore etiàm moderni Domini Ducis Vincentij vt suprà aggegare, & incorporare, adeò vt si illæ ad Dominum Ducem Vincentium non spectarent vigore dictæ Pacis, ad ipsum spectarent vigore hujus earum annexionis, & incorporationis factę Ducatui Guastallæ, & eius primogenituræ.

Atquid magis? In hoc casu eidem Domino Duci Vincentio jus pręterea esset promovendi dictam prætensionem & actionem à præfato Guastallę Duce Ferdinando Secundo Avo suo institutam ad Ducatum Mantuanum adversus Serenissimum Mantuæ Ducem, & prætendendi, quod res reducatur ad illum statum, in quo tunc erat, possessione ipsius Ducatus paenes Cęsarem, donec decisio istius quæstionis sequatur, sequestrata.

Nec Serenissimum Mantuæ Ducem juuarent antiquæ investituræ Ducatus Mantuani, cuius dictæ Terrę mambra fuere, quia per dictam Pacem quoad istas Terras dictis investituris derogatum fuit, ipsæquè inuestituræ inefficaces factæ sunt.

ARTICVLVS TERTIVS.

An quatenùs in dicta Pace, & primogenitura dictus Dominus Dux Vincentius includatur, eidem prædicta Pax Vestphalica officiat?

His stantibus, ex parte Serenissimi Mantuę Ducis prętenditur dictas Terras ipsi Serenissimo deberi ex dispositione, & decreto Pacis Vestphalicę vt suprà. Primò, quia agatur de re firmata in Pace publica, & in congressu Status generalis, vndè nequeat in examen reuocari. Secundò, quia res non sit ampliùs integra, nec hìc agatur de

exc-

exequendo decreto, sed de seruanda ejus executionē, siquidem Majestas Cæsarea Ferdinandi Tertij executoris supremi dictæ Pacis jusserit suo diplomate præfatum Ferdinandum Tertium Ducem Guastallæ restituere debere Terras prędictas Domino Duci Mantuæ, & Majestas Cęsarea nunc regnans declarauerit, easdem Terras esse compræhēsas in investituris datis Dominis Ducibus Carolo Secundo, & Ferdinando Carolo de Ducatu Mantuę, & demùm eadem Majestas Cęsarea approbando assignationem factā Domino Duci Mantuę earundem Terrarum occasione matrimonij Dominę Ducissę Annæ Isabellę nihil fecerint, quàm assensum prętare executioni eius, quod fuerat declaratum in dicta Pace Vestphalica, quę executio facta fuerit ea occasione, scilicèt, tēpore nuptiarum dictę Dominæ Ducissę Annę Isabellæ à dicto Domino Duce Ferdinando Tertio Guastallę.

Sed re beneè perpensa, & maturè examinata, contrarium verum est, enimverò prędictum Vestphalicæ Pacis decretum notoriè nullum, & jniustum est, manifestoquè subreptionis laborat vitio, ità, vt justitiæ, ęquitatisque ratione sic exigente, & sic suadente pręsumpta Paciscentium, qui illud protulerunt, mente non sit omninò exequendum.

Vidimus enim suprà in serie facti §. à dicto tempore. Duces Guastallæ à die dictæ dationis insolutum vsquè ad dicti decreti diem semper fuisse in quietà, & pacificà dictarum Terrarum possesione, dictumq; decretum emanasse, nulla penitùs occasione, & causa intercedente, inaudito, inscioquè Duce Guastallæ tunc quiescente sub fide dictæ transactionis in Ratisbonensi Pace publica decretę, & ex communi Partium consensu executæ. Quapropter illud di-

vino,

vino, humanoque jure sic dictante, notoriè nullum esse nequit dubitari.

Vidimus etiam Dominũ Guastallę Ducem has terras legitimo dictæ transactionis justa ratione, & causa in dicta publica Pace decretę titulo possedisse, & possidere, dictumque decretum econtrà emanatum fuisse nulla penitùs occasione, causa, & ratione intercedente. Vnde cum divina, humanaque jura præcipiant, fidem transactionum etiam priuatarum, & eò magis earum, quę publica, & solemni Pace stabilitæ sunt, esse perpetuò, & inuiolabiliter seruandam, etiàm dubitari non potest, quin dictum decretum notoriè iniustum sit.

Manifesto autem subreptionis vitio illud insuper laborare, re ipsa manifestum est, etenim ob manifestam ipsius injustitiam, cum pręsumi nequeat ministros, qui dictam Pacem Vestphalicam sanciuere, voluisse huiusmodi iniustitiam ex proposito committere, dictamque sacrosanctam Pacem Ratisbonensem, & Ducem Guastallæ tàm ænormiter lædere: jure meritò credendum est ipsos à Duce Mátuę fuisse male informatos, propterea que; dictum decretum subreptum fuisse.

Hoc autem verum esse prętereà percipitur, nedùm quia in ipsa Pace sancitum fuit, Pacem Ratisbonensem, & Capitulationes in dicto loco Cherąschi initas firmam, & firmas manere debere, vt idcircò non sit præsumendum, Paciscentes dicto decreto, voluisse tali sanctioni incontinenti contraire: sed etiàm, quia hoc ad euidentiam indicat ipsius decreti tenor; siquidem in reseruatione Duci Guastallę facta jurium pro sex mille Scutis annuis exprimit, *quos prętendit*; Si enim dicti Ministri informati fuissent de vero rerum statu, id est, *de transactione*, sancita in dicta Pace

Ra-

Ratisbonensi, qua attributi fuere Duci Guastallę dicti sex mille Scuti aurei annui, & in qua dictę, & alię Ducatus Mantuani Terræ nominatę fuere, vt pro illorum solutione illa vel illę ex ipsis, quæ talem redditum annuum habere reperta, vel repertę fuissent; cum sua jurisdictione, & superioritate, quemadmodùm Duces Mantuę possidebant, assignarentur, & darentur: *de assignatione prædictarum Terrarum*, & earundem insolutum datione à Parmę Duce uti Commissario Imperiali adhuc effectum in ipsa Pace nominato partibus auditis, & cum plenâ causæ cognitione, adjudicata, & in dictis cherascensibus Capitulationibus confirmata: *& tandem*, quod istę Terræ Duci Guastallæ cum Ducis Mantuę consensu jam datæ fuerant, & ipse in ipsarum possessione erat, *vt dictos Scutos sex mille annuos aureos Dux Guastallæ nequè prætendiderit, nequè potuerit prætendere*, ità dicti Ministri non se expressissent, & insupèr aliquam mentionem de Pace Ratisbonensi, & de dicta assignatione probabilitèr fecissent.

Nec obstant, quæ ex aduerso vt suprà adducta sunt; Nequè enim obstant primo loco objecta, scilicèt, quòd agitur de re firmatâ in pace publica, & in congressu Status Generalis, quę non videtur posse in examen reuocari; tùm quia vulgati juris est, huiusmodi nullitates, utì quę de divino, & naturali, quod dispensari non potest, jure sunt, afficere etiam ista publicarum Pacium decreta, & porrò istiusmodi decreta notoriè injusta pręsumi subrepta, atquè ideò ab executoribus attendenda non esse etiàm ex præsumpta ipsorum Paciscentium mente, qui ut suprà diximus, pręsumuntur potiùs malè informati, quàm quòd voluerint injustitiam ex proposito committere; adeò ut de jure dubitari nequeat Dñm Guastallę Ducem super hac sua

excep-

exceptionē aduersùs dictæ Pacis executionē audiendū esse.

Tùm etiam, quia notoriū est, Serenissimū tunc Mantuę Ducem dictę Paci, utì quę pro territorio Ducatus Mōtisferratensis in eà decreto, & assignato Serenissimo Sabaudiæ Duci pręjuditialis ipsi erat, immediatè contradixisse, ac protestatum fuisse illam injustam, ipsamquè propterea non acceptare, atquè id suis Vassalis, & subditis per edicta publica declarasse, quinimò suos quoquè successores, & signantèr modernum Serenissimum Ducem aduersùs successivas Pacificationes Neomagensem, & Risvicensem utì illam confirmantes hoc idem continuò fecisse.

Hoc enim stante idem modernus Serenissimus Mantuę Dux, prætorquàm ex dicta pace utì ab ipso, & à suis Antecessoribus non acceptata, & ex capite injustitię impugnata adversùs Dominum Guastallæ Ducem nequè agere, nequè in ea se fundare de jure possit, ubi etiam posset (quod tamen per modum supositi, & citrà admissionem dicimus) non potest tamen se opponere, quò minùs etiam Dominus Guastallæ Dux aduersùs ipsum illam potuerit, & possit dicere nullam, & injustam, atquè ideò in ipsius Domini Ducis Guastallæ præjuditium non exequendam ut supra, & quò minùs super hac sua nullitatis, & injustitiæ dictione, & exceptione eò magis audiendus sit; summa enim æquitate in jure expressa cautum est, neminem aspernari posse, jus sibi dici, quod ipse alijs dixit, & , quod pro se approbat, in alio reprobare posse; quod quidèm in hoc judicio quoquè attendendum est, etenim publica seruandæ Pacis ratio in hoc casu cessat, & agitur dumtaxàt de priuato Partium Interesse, pro quò, pace non obstante, Partes Interessatę ea sibi possunt facere præjudicia, quę volunt, & ideò in hoc casu secundùm juris dictamen iudicādæ sunt,

D Nequè

Nequè itidem obstant secundo loco obiecta vt suprà, nempè, quod res non videatur ampliùs integrà, adcò ut non agatur de exequendo dicto decreto, sed de seruanda eius executione, stante allegato Diui Imperatoris Ferdinandi Tertij diplomate, & asserta declaratione compræhensionis dictarum Terrarum in inuestituris Ducatus Mántuę insuper facta à Sua Majestate Cæsarea nunc felicitèr imperante, nec non ipsarum cessione à quondam Domino Duce Guastallę Ferdinando Tertio occasione matrimonij Serenissimæ Dominæ Ducissæ Mantuæ ipsius filiæ conventa vt suprà.

Tùm quia stante dicti Vestphalicę Pacis decreti nullitate, notorij juris est, nullam omninò rationem habendam esse eorum, quę in illius executionem sequuta dici possunt.

Tùm, quia dicti actus, ex quibus obiecta dictę Pacis executio inducitur, vel non sunt veri, vel eam concludere non valent. Siquidèm non constat Domino Duci Vincentio de dicto asserto Diui Imperatoris Ferdinandi Tertij diplomate, quemadmodùm nec de alio Cęsareo mandato Ducibus Guastallæ suis Antecessoribus insinuato de facienda dictarum Terrarum restitutione pro dictæ Pacis executione, sed benè constat ipsos in ipsarum possessione relictos fuisse, & permansisse: nec ipsi Domino Duci Vincentio constat aliam cum Ducibus suis Antecessoribus fuisse controuersiam occasione, & causa dictę Pacis, quàm coràm excelso Consilio Imperiali Aulico circà compræhensionem dictarum Terrarum in inuestitura Ducatus Guastallę juxtà antecedentem inuestituram, quæ inuestura propterea in suspenso remansit, & hinc nō potest aliquod argumentum induci decretę, & multò minùs factę executionis dictę Pacis, pręcipuè in puncto dictę restitutionis faciendę, pro

quà

quà nil actum fuit, & pro quà in casu exequendæ dictæ Pacis alia fuisset, & est inspectio, siquidèm ex ipsius Pacis mente, & secundùm juris, æquitatisque dictamen Dux Guastallę arctari non poterat, nec potest ad dictam restitutionem priùs, quàm alia, vel aliæ terrę redditus sex mille Scutorum Aureorum annuorum, ad normam supradicti Ratisbonensis Pacificationis decreti equiualentes, ipsi Domino Duci Vincentio à dicto Serenissimo Mantuæ Duce dentur, *ut inferiùs in sequenti articulo demonstrabimus*.

Tandèm demus, per modum tamen suppositi, aliquam jussionem, Cęsareumvè mandatum à pręfato Diuo Imperatore fuisse Duci Guastallę pro dictę Pacis Vestphalicę executione expeditum, & datum, neque exindè potest induci argumentum dictæ obiectę executionis sequutæ, quia ob querelam nullitatis, & iniustitiæ à Duce Guastallę contrà ipsius Pacis decretum vt suprà propositam, oppositamvè, huiusmodi jussio, & mandatum aliam non habuisset, nec haberet vim, quàm citationis; & reverà vidimus, quòd viuente dicto Augustissimo Imperatore nedùm Dux Guastallæ permansit in sua dictarum Terrarum possesssione, sed vlteriùs quòd istæ Terræ tunc nec fuerunt in inuestitura Ducatus Mantuani compręhensæ; & quamvìs dicatur suam Majestatem Cæsaream nunc felicitèr imperantem illas in dicta Ducatus Mantuæ inuestitura compræhendisse, nil indè ad rem sequitur, quia huiusmodi compræhensio vtì facta pendente dicta nullitatis, & iniustitiæ quærela, & incitato, ac inaudito Domino Guastallæ Duce pro attentato reputanda est, sed etiàm, quia dato, & non concesso, quòd actus dictę compręhensionis valeret, exindè non potest inferri, quàm executio primę partis dicti decreti, illæq; sunt investiturę abusivę, quæ nil vltrà

quò

quò ad secundam eiusdem decreti partem operantur, quàm ipsum decretum, nimirùm, tribuere Serenissimo Domino Mantuę Duci prętextum pro executione secundę partis ipsius, agendi, scilicet, contrà Dominum Guastallæ Ducem ad possessionis dictarum Terrarum restitutionem, pro quà diversa est inspectio, & ratio quàm pro dicto actu, adeò vt ab isto ad executionem totius decreti de jure argui nequeat. Nequè enim illud quòad dictam secundam partem exequi potest, nisi priùs a Serenissimo Mantuæ Duce ergà Dominum Guastallę Ducem adimpleantur, quæ de jure, & ex ipsius decreti dispositione tenetur priùs adimplere, vt in sequente Articulo ostendemus.

Cæterùm ratiocinatio ad dictam executionem inducendam ex aduerso adducta ut supra ex dictarum Terrarũ cessione inter pręfatos Dominos Guastallæ, & Mantuæ Duces pro matrimonio Dominę Ducissæ Mãtuæ conuenta, & ex ijs, quæ in eiusdem cessionis executionem sequuta, afferuntur, ut suprà, erronea est.

Siquidèm, vel volumus considerare tenorem, & caussam pacti inter ipsos ut suprà conventi de illis cedendis, & vidimus nil dictum fuisse de dicta Pace exequenda, quinimò nec verbum quidem de ipsa Pace factum fuisse, atque eò dictam cessionem à Domino Guastallę Duce fuisse conventam, vt dictum matrimonium fieret, & vt insuper à Serenissimo Mantuæ Duce dos centum mille Scutorum aureorum fauore dictę Dominæ Ducissę [alioquìn à Patre luculenter datę) constitueretur, & hoc ità, vt non sequuto matrimonio nullitatem istius conuentionis ambæ Partes contrahentes pactę, & protestatę expressè fuerint, nullum ex ipsa, atque ex ipsius tractatu ipsis, atque suarũ domvum juribus præjudicium exindè inferri posse: & sic

vidimus

vidimus contrahentes dicto pacto non exequutos esse dictam Pacem, sed fecisse contractum innominatum *facio ut facias*, qui uti sine Agnatorum successorum cōsensu initus, quò ad ipsos de jure nullus est, & non considerandus, tantò magis, quia dominio, & possessione dictarum Terrarum à Domino Guastallę Duce sua vita durante eodem modo, quò illis fruebatur, retentis, in dicta conuentione nil aliud in substantia actum colligimus, quàm de cessione juris in dicto dominio, & possessione post illius mortem, qua omne eius jus extinguebatur, & in suos successores inuestiturarum, & juris ministerio transibat, & continuabat; Est enim in jure notorium, illum actum etiàm nullum esse, cuius effectus confertur in tempus, à quo incipere non potest.

Vel volumus considerare, quæ pro executione dicti pacti acta fuere, scilicet, fidelitatis juramentum Serenissimo Mantuæ Duci à subditis dictarum Terrarum post dictum Matrimonium (ut ipse asserit) prestitum fuisse, atque medietate reddituum earundem Terrarum ipsum Serenissimum gauisum fuisse; in hoc autem casu, isti actus, uti effectus dicti pacti, nil vlteriùs concludere, atque operari valent, quàm ipsum pactum, & sic nec executionem dictę Pacis inferre valent, nec in præjudicium successorum operari, atque considerari possunt, potissimùm, cum effectus dicti asserti juramenti conferetur post mortem dicti Domini Ducis cedentis, & sic in tempus, in quod conferri non poterat.

Secùs Dominus Guastallæ Dux Vincentius in hoc punctò aduersùs dictam cessionem, & pactum, exceptione doli, tutus est; Etenim alioquin dictum pactum in manifestam successorum pretati Domini Guastallæ Ducis fraudem,

dem, re, & Consilio commissam, re ipsa innitum patet: & quemadmodùm de fraude commissa, re, dubitari non potest, Ità nec de Consilio, siquidem dictus Dominus Guastallæ Dux contrahens ipse fuit, qui coràm Cæsare dixit dictam Pacem nullam, injustam, & subreptam vt suprà, & sic contemplatione successorum de jure tenebatur prosequi dictum judicium coràm Cæsare, nec citrà dolum poterat deuenire ad dictum pactum amore filię nubendæ in illorum præiudicium, renunciando insuper omnibus juribus super dictis Terris: & pręttereà Consilium fraudandi dictos successores manifestum est ex ipso dicti pacti tenore; Nàm in eò legitur, contrahentes protestatos fuisse, quòd in casu non sequuti matrimonij nullum esset tale pactum, nullumq; exindę præiudicium pręttensionibus, & juribus domvum suarum inferri posset; si enim non sequuto matrimonio noluerunt domus suas, hoc est, suos successores præiudicari in pręttensionibus, & juribus suis, ergò Consilium fuit illis præiudicandi pro dicto matrimonio, eodē sequuto, quòd eò magìs colligitur, ex quo ipse Dominus Guastallæ Dux in suo Dominio, & possessione, quibus fruebatur, noluit sua vita durante sibi præjudicare, & de hoc sibi pactò expresso cavisse; hoc enim satìs indicat, consilium fuisse pręjudicandi suis successoribus duntaxàt, ad quod amor filię nubendæ Dominùm Guastallę Ducem induxit, Ministros verò Serenissimi Mantuę Ducis, induxit desiderium acquirendi nouvm pręttextum spoliandi domum Guastallensem dictis Terris, confidentibus dictis Ministris in Serenissimi eorum Domini pręppotentià adversùs dictos successores, quos, vt eò magis contrà ipsum Serenissimum imbelles euaderent, etiàm jvre svccessionis in Dvcatu Gvastallæ eos spoliare vlteriùs stvduerunt, quēadmo-

admodùm contigiſse notvm eſt.

Itaquè, cum non de dictæ Pacis executione, ſed de Contractu ut ſuprà ageretur, juſta ratione Sua Sacra Cęſarea Majeſts tantùm dictæ conventionis approbauit, & confirmauit, quantùm de jure, & ex gratia confirmare, & concedere poterat, & ſic ſine præiuditio ſucceſsorum dicti Domini Ducis cedentis, in quorum pręjuditium ſine ipſorum conſenſu de jure fieri minime poterat; vndè dici nequit Suam Cæſaream Majeſtatem approbando dictam conventionem nil aliud egiſse, quàm præſtare ſuum aſsenſum executioni dictę Pacis.

ARTICVLVS QVARTVS.

An vbi Pax Veſtphalica officiat, Sereniſſimus Mantuę Dux aliam, vel alias Terras Ducatus Mantuę cum ſua ſuperioritate prædictis Terris in redditu annuo æquivalentes, & Ducatui Guaſtallenſi Vicinas dare teneatur, & priusquàm Dominus Guaſtallæ Dux ad dictarum Terrarum reſtitutionem cogi poſſit?

SEd qvid magis? dato etiam, ſed non conceſso, quod dictum Pacis Veſtphalicę decretum forteſsis eſset nihilominùs attendendum, ac exequendum: propterea tamen Sereniſsimus Mantuę Dux non eximeretur ab obligatione dandi Domino Guaſtallę Duci aliam, vel alias Terras ex nominatis in dicta Pace Ratisbonenſi, vel ſaltem ex alijs dicti Mantuani Ducatus cum ſua ſuperioritate in redditu annuo, & in vicinitate Ducatui Guaſtallę æquiualentes dictis Terris ſecundùm ipſius Pacis Ratisbonenſis diſpoſitionem, & mentem; Principalis enim intentio iſtius Pacificationis fuit honorandi Ducem Guaſtallę pro prętio renun-

renunciationis suarum prætensionum ad Ducatum Mantuanum cum vna portione ipsius Ducatus, quæ esset dicti redditus annui cum sua jurisdictione, & superioritate, quod manifestum est, ex quo longè majoris æstimationis, & pretij est Dominium Terræ vel Terrarum assignandarum pro solutione dicti redditus annui, quàm importat de capitali ipse redditus annuus, & ex quo dignum, & justum erat, quòd Dux Guastallæ, cum dominio dicti Ducatus ab eò prætensi renunciare deberet, tale suæ renunciationis pretium consequeretur.

Ista autem Serenissimi Mantuæ Ducis in hoc casu obligatio patet, nedùm quia de evictione ergà Dominú Guastallæ Ducem tenetur, tàm ex obligatione à dicto Domino Parmæ Duce decreta in dicta sua, qua dictas Terras Duci Guastallæ assignauit, sententia, *de qua diximus suprà in facti seriæ §. Pro executione*, quàm ex notoria juris dispositione, qua scimus transactiones supèr feudis justa ratione factas, successores obligare hosq; teneri eas manutenere, & evictioné respectiuè præstare; Sed etiàm, quia id ex aperta ipsius Pacis Vestphalicæ mente percipitur, & indubitatum est. Neque enim dictum istius Pacis decretum validum, & executioni mittendum judicare justa ratione possumus, nisi illud cum dictæ transactionis in Ratisbonensi Pacificatione decretæ, suæquè executionis notitia processisse præsummamus; Itaquè præsummendum est, quòd Paciscentes sciuerint dictos sex mille scutos aureos annuos, quorum prætendendorum jus Duci Guastallæ reservarunt, ipsi ex dictæ Ratisbonensis Pacificationis decreto dumtaxàt deberi, atquè ideò Ducem Guastallæ non alitèr eos posse prætendere, quàm ex ipso decreto, & ad normam in eodem præsciptam. Hinc ideò necessariò dicendum est,

Paci-

Paciſcentes per reſeruationem juris Ducis Guaſtallę prò di-ctis Scudis ſex mille aureis annuis, cum illa inſuper expreſ-ſione, *quos prætendit*, voluiſſe Ducem Guaſtallę eos prętendere poſſe, ſicuti jus ei eſt ipſos prætendendi, hoc eſt, asſignatos in vna vel pluribus Terris cum earum ſuperioritate juxtà diſpoſita in dicta Ratisbonenſi Pace, tantò magìs, cū antecedenter declaraverint ipſam Pacem Ratisbonenſem firmam manere debere; Eſt enim etiam juris regula, quod in hoc caſu ea ſit facienda interpretatio, qua Pax Ratisbonenſis ſubſiſtat, & Veſtphalica cum eadem concordet:

Et quàmvis aduerſùs hanc veritatem videatur quodammodò ſcrupulū facere, reflectere, quòd Sereniſsimus Mātuæ Dux hinc nullum ex dicta Pace Veſtphalica beneficiū conſequi videretur, quia non lucraretur aliud Intereſſe, quàm affectionis quodámodò, rehabēdo dictas Terras, & dando alias vt ſupra. Is tamen ſcrupulus reſolvitur, animadvertendo, quòd, ſi aliter diceretur, dicta Pax Ratisbobonenſis, juſtitia, & Dux Guaſtallę magis læderentur, minùs etiam juſtum eſt, quòd dicti Paciſcentes in ſolius executionis dictę Pacificationis Ratisbonenſis, jam ut ſupra conſummatæ ſubverſionem, & in Ducis Guaſtallæ prejudicium indulſerint affectui Ducis Mantuę rehabendi dictas Terras, alias pro ipſis dādo, & in hoc ipſi favere voluerint: idquè ſatìs videri debet, cum ipſe Sereniſsimus de lucro captando tantùm agat, & Dominus Guaſtallę Dux in hoc etiam caſu maximum incommodum, & grave damnum ſinè ratione, & cauſa patiatur: Eſſet alioquin afflictionem afflicto addere, quòd ipſi juri naturali adverſatur; vndè in iſtis caſibus juris, ęquitatisquè ratio dictat, & exigit, ut dictum decretum ita interpręṭari debeat, ut minùs lædat, quam fieri posſit, & ne major injuſtitia ex eò reſultet.

E Pace

Pace ergò Ratisbonensi favore Domini Guastallę Ducis firma manente, si dictum Vestphalicæ decretum fauore Serenissimi Mantuæ Ducis exequendum esset, illa quoque fauore Domini Ducis Guastallæ esset exequenda, & priusquàm ipse ad dictarum Terrarum restitutionem faciendam cogi possit. In dicto enim decreto per illa verba *restituere teneatur*, Paciscentes declararunt dumtaxàt Ducé Guastallę obligatum ad illarum restitutionem faciendam, & sic tantùm tribuerunt Serenissimo Mantuę Duci jus rehabendi dictas Terras, easdemque propterea repetendi à Domino Duce Guastallę coràm sua Cęsarea Majestate eiusdem decreti executore: econtrà Duci Guastallę Consuluerunt, eidem tribuentes jus, & potestatem experiendi coràm eadem sua Majestate Cæsarea adversùs Serenissimum Mantuę Ducem de juribus suis pro adimplemento, & executione dictæ Pacis Ratisbonensis in alia forma ęquiualenti vt suprà, per dictam Clausulam, *reseruatis tamèn eidem juribus pro sex mille scutis quos prætendit, de quibus agere, & judicio experiri coràm Majestate Sua Cæsarea valeat aduersùs Ducem Mantuę*, quę, vt ipse Serenissimus Mantuæ Dux etiàm fassus est, ad ipsam Pacem Ratisbonensem, relatiua est: adeò vt, si ex dicto decreto jus est Serenissimo Mantuæ Duci agendi pro decreta dictarum Terrarum restitutione, ex eodem decreto jus etiàm est Domino Duci Guastallæ agendi eodem tempore pro Pacis Ratisbonensis adimplemento, & executione, & excipiendi de jure retentionis dictarum Terrarum, quousq; decreta in eadem Pace non adimpleantur, & exequantur vt suprà: Hoc enim cum notoria juris dispositione concordat, siquidèm, çum jus Ducis Guastallæ reseruatum pro dictis scutis sex mille aureis annuis (à dicto Serenissimo Mantuæ Ducę

ſoluendis, cum asſignatione tot terrarum Ducatus Mantuę Ducatui Guaſtallenſi vicinarum, & illius redditus annui,) uti quod ex Pace publica procedit, & conſtat, liquidum ſit, vulgati juris eſt ipſi competere dictum jus retentionis dictarum Terrarum, & de hoc jure in judicio executionis dicti decreti ipſum poſſe aduerſus Sereniſſimum Mantuæ Ducem excipere, & experiri: & inſuper quia, ſecùs, res claudicaret, nam, cum pro executionem dictæ tranſactionis in Pace Ratisbonenſi decretę Sereniſſimus Mantuę Dux, & Dominus Dux Guaſtallę, poſſeſſione, nempè, ille Ducatus Mantuani, & iſte dictarum Terrarum, conſequuti ſint, ſequeretur, quòd Dux Guaſtallæ remanere deberet ſpoliatus dicta ſua poſſeſſione, quouſq; ipſi dicti ſex mille Scuti annui ſolvantur, & intereà Sereniſſimus Mantuę Dux Ducatus Mantuani poſſesſione frueretur; quòd juris ratio non patitur, tantò magis, cum iniquum eſſet, nec conueniret pro bono publico Ducem Guaſtallæ ſua poſſesſione privare, ipſi tantùm reſeruata pro dictis ſex mille Scutis annuis actione contrà Principem prępotentem cum periculo, quòd vel propter illius prępotentiam jus Ducis Guaſtallę reſeruatum innane evaderet, vel in quietis publicæ præiuditium armis iterùm adiuvandum eſſet, ad quod periculum evitandum in Cheraſchenſi congreſſu, pro dictæ Ratisbonenſis Pacis executione inſtituto, Duci Guaſtallæ conſultum fuit, nil decernendo fauore Ducis Caroli Niverſienſis nec quò ad poſſesſionem Ducatus Mantuani, nec quò ad ejuſdem Ducatus inueſtituram Cæſaream, niſi priùs executa ſententia Ducis Parmæ pro iſtius Pacis adimplemento lata *vt ſuprà retulimus in facti ſerie dicto ſ. pro executione, & in ſ quò facto*.

Ex his ergò indubitatis juribus patet concludendum,

&

& judicandum pro veritate esse, dictas Terras, non obstante dicto Pacis Vestphalicę decreto (vti notoriè nullo, injusto, & subrepto, & propterea secundùm justitiæ dictamina, & pręsumptam Paciscentium mentem minimè exequendo,) ad modernum Dominum Guastallę Ducem vigore, & pro executione Pacis Ratisbonensis, & Capitulatorum in tractatu Cherafchi spectare: sin minùs, vbi fortassis de dicto decreto ratio nihilominùs habenda esset, teneri Serenissimum Mantuę Ducem dare ipsi Domino Guastallę Duci, antequàm dictę Terrę restituantur, aliam, vel alias Ducatui Guastallę vicinas ejusdem redditus, & cum ipsarum superioritate juxtà ejusdem Pacis dispositionem, & mentem: & tandèm de Conuentis intèr dictum Serenissimum Mantuę Ducem, & Dominum Guastallę Ducem Ferdinandum Tertium occasione, & causa matrimonij Serenissimę Dominę Ducissæ Mantuæ nullam omninò rationem in præiudicium moderni Domini Guastallæ Ducis habendam esse, & ità.

FINIS.

